net. ſed hoc aduertendum eſt. nam certe etiam poteſt tunc eodem modo dubitari ſi extra fuerit petita ante aditam hereditatem a ſcripto cum dicatur tunc reducere rem ad cauſam inteſtati. quia ex quo heres ſcriptus reperit hereditatē ad aliū applicatam poſtea adire non poteſt. vt no. C. de colla. l. vt liberis ꝛ non adita hereditate ex teſtamento ſumus neceſſario in cā inteſtativt. l. ſi nemo. de regu. iur. ꝛ ſic ratio glo. non eſt ſimpliciter vera nihilominus tamen verum eſt dominium impoſſibile. quia bonorum poſſeſſio contra debet operari de iure prętorio quod operatur geſtio pro herede de iure ciuili. ꝛ eſt tex. de iure deliberan. l. puberem. ergo impoſſibile eſt ꝙ decreta olim vel agnita hodie bonorum poſſeſſione contra ius hereditatis ꝛ bonorum non pertinet ad agnoſcentez. nam q̄ q̄ contratab. ſit remedium rumpendi habet tamen ſucceſſionem annexam de neceſſitate. vt. d. l. iiij. §. ſi emancipatus. ſecundo rūſo. de contratabu. ꝙ non eſt in querela ita. vt no. in. l. quemadmodum. ꝛ. l. quide inofficio. ꝛ. C. eodem. l. j. fateor cum glo. ſ. ꝙ contratabu. nulla eſſet dubitatio. ſed in querela ſic. ¶ Denuo opponitur ꝛ eſt opinio difficilis ꝛ cōtra vtrāq; lect. tam Azo. qui legit hanc legem in contratabu. q̄ Alderi. qui intelligit in querela. ꝛ videtur ꝙ patri neutrum competat q̄d ſic oſtendo. ille demū habet ius rumpendi qui tempore mortis teſtatoris de neceſſitate debuit reſtitui ꝛ non alius. ꝛ vt. l. ſi quis filio exheredato. de iniuſto teſtamen. ꝛ de libe. ꝛ poſthu. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium ſed iſte pater non debuit de neceſſitate inſtitui cum precederet eum liberi non gradu ſed ordine. ergo non habet ius rumpendi. ſol. timore huius contrarij. glo. dicit ꝙ liberi non intelliguntur precedere ex quo ſunt excluſi. quia paria ſunt nō eſſe ꝛ non ſuccedere. Ex hoc ſequitur ꝙ ſi pater non intelligitur precedi venit per contratab. cuius contrarium. ff. dixi per. d. l. ſi quis filio. ꝛ ideo ego ſoluo aliter videlicet quod clauſula tradita in. l. ſi quis filio. loquitur in teſtamento ꝙ quis vult rumpere tanq̄ non ſolenne ex cauſa preteritionis. ſecus ſi tanq̄ inofficioſum. vt hic ꝛ. j. e. l. ſi is qui. ꝛ ſi dicat iſte pater non debebat inſtitui verum eſt ex neceſſitate formali. ſed ex officio prętoris debet inſtitui pater ex quo liberi ſūt exheredati. ſec⁹ ſi teſtator inſtituiſſet liberos. ſed ex quo eos exheredauit tenebatur inſtituere patrem cum exheredati habeantur pro mortuis. vt. dicta. l. j. §. ſi pater nam omnis in cuius loco alius ſuccedit pro mortuo habetur. vt. l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio. ¶ Ulterius oppono predicta. nam ſi exheredatus habetur pro mortuo. ergo ſi filius eſt exheredatus ꝛ nepos ex eo preteritus talis nepos diceret teſtamentum nullum. ff. de libe. ꝛ poſthu. l. gallus ꝛ. §. quid ſi tantum ſed iſtud eſt falſum cum habeat neceſſe intentare querelam. vt. j. e. l. ſi is qui. ꝛ. C. eodem. l. ſi quis filium. ergo falſum eſt tam notabile. gloſ. quam no. ꝙ exheredatus habeatur pro mortuo ſolu. dicit Bar. quod notabile glo. debet intelligi quātum ad effectum conſequende ſucceſſionis nō quantū ad modum

a rumpendi. Tu dic ꝙ exheredatus habetur pro mortuo[a] poſtq̄ teſtamētū eſt aditiōe hereditatis confirmatū nō aū. vt. l. ſi ſeruus cōis meum ſ castrēſis peculij in fi. prī. ff. de ſtipu. ſeruo. ꝛ ſic non ob. §. ꝛ quid ſi tātum. q; ibi loquit in filio qui habeat ꝙ mortuo viuo teſtatore. hic autem pro mortuo poſt mortem teſtatoris ꝛ aditā hereditatem non ante. vt. ff. ad ſil. l. exheredatus. merito

b ergo nepos preteritus nō dicit nullum quia teſtamentū fuit ſolenne ſed dicit iniquum quia contra officium pietatis factum. nam eſto ꝙ filius ſit ingratus nepos tamē excludi nō debet in quo ſ nō inuenit ingratitudo vt. d. l. iij. §. ſi emancipatus de contratab. ¶ Denuo oppo. ꝛ videt ꝙ dictus nepos dicit nullum. ꝛ arguo ſic ius dicendi nullum fundat in exiſtentia ſui heredis vt l. in ſuis ſed filio exheredato nepos eſt ſuus ꝛ neceſſarius heres. vt. l. qui in alicna. §. interdum. de acqui. here. ergo preteritus dicit nullum. ſol. lex contraria loquit in nepote inſtituto hic in eo qui non eſt inſtitutus nec inſtituendus quo ad ſolēnitatem teſtamenti. ꝛ ideo non eſt ſuus ꝛ neceſſarius heres niſi prolata querela. ¶ Ulterius oppo. ſententia lata in querela facit ius pro victore ꝛ ei applicat ſucceſſiōis effectus ꝛ trāſfundit in ipm ius meti. vt. ff. de ſtatuli. l. ſtatuliber a ceteris. §. quintus. ergo heres ſcriptus ſuccedit per ſentētiā loco liberorū ꝛ p conſequēs heres debet excludere patrem ꝛ confirmat per illā regulā ſi vinco

b vincētē ꝛc. vt. l. de accef. de diuerſis prefcrip. ſo. quādoq; ſnia ferē negatiue. vt q; negat ius ſuccedendi competere actori. ꝛ ꝛ tunc nō trāſit in victorē ius ſuccumbētis eī cōtra aſſeueret ſcilicet nullū ius ei cōpetiſſe. vt hic quandoq; ſententia nō fertur negatiue ſed tranſlatiue tunc fateor ꝙ victor ſuccedit in locum victi. vt. ff. de pc. l. edium. ꝛ facit de iureiur. l. ſed ſi poſſeſſori in prin. ꝛ de acqui. poſ. pōpo. §. ſi iuſſu. ꝛ quod no. inſtitu. de offi. iudi. in fi. vel dic ꝙ q̄dā ſunt iura q̄ ſunt aptat tranſferri in victore. ꝛ illa que iura hūt aptitudinē tranſmiſſione trāſferuntur. ſquedam non ſunt apta tranſferri vt querela que non eſt

a ¶ Pro mortuo. adde fel. i. c. ius generale. j. diſtin.

b ¶ Vincentē pro cuius regule declaratiōe. vide no. d. bar. ſozi. in cōſi. ccij. inci. circa ſecūdaz per totum in ſecūda parte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apta trãsferri ab exheredato in institutũ ꝛ talia nõ trãsferuntur ꝛ anihilantur. ꝛ ideo victor nõ succedit in locũ victi. Itẽ nõ obstat illa regula si vinco vincentem ꝛc. q; illa regula habet locum vbi est eadem ratio vincẽdi. ꝛ vbi eadem ratio vincẽdi scripta est in personam ꝛ non egreditur personam. vt. d. §. emancipatus vltimo responso. vel dic aut vinco facto. l. ꝛ vincẽdo principalẽ vinco secũdariũ. aut facto iudicis tũ e secus. vt. l. si superatus de pigno. vel dic q; exheredatus cum effectu neminem vincit. ꝛ ideo si vincam exheredatus non vinco vincentẽ. q; in statuto in quo est neminẽ vincit. ꝛ vide Bar. in. l. j. in fi. de contra tabu. ¶ Extra op. q; hodie querela non habeat locum fm Bar. vt in. l. v. ff. c. titu. ꝛ Ja. de bel. ꝛ male. quia nõ est dubium q; in casu huius. l. ꝛ l. si is qui. j. c. est necessaria querela etiã hodie. Sed contra hoc op. nam pater fuit preteritus sine causa. ergo testamentũ nullũ. vt no. in. §. exheredatos. de here. ꝛ fal. per Dy. in. l. gallus. so. ibi loquitur in preteritione filiorũ hic ascendentium. facit quod not. in. l. si de iure pa. sed hoc non placet. ideo dic qõ contrarium loquitur in eo cuius preteritio reddit testamentũ nõ solenne. hic secus. Et hoc nõ viderũt antiqui doct. ꝛ vide quod dixi auf. ex causa. ¶ Visis ergo oppositionibus respiciẽtibus hãc. l. pater venio ad questiones hic formãdas que sunt vtiles ꝛ de apicibus iuris. Et ad euidentiam dicendorum premitto q; interdum successio deuoluitur in sequentem per priuationem precedẽtis. Interdum per transmissionem. Interdum per ius accrescendi: de primo tractat. l. nostra de secundo tractat. l. si quis filium. C. de tertio tractat. l. si proponas. §. fi. j. eo. ꝛ. l. qui repudiantis in prin. ¶ Modo reuertor ad deuolutionem que fit per priuationem. ꝛ sciendum est q; priuatio quandoq; cõtingit per repudiationem. quandoq; per tẽporis cursum ꝛ de his duobus loquit. d. l. si proponas. §. fi. j. e. quandoq; per sententiam iudicis. ꝛ de hoc tractat hec. l. quandoq; per sententiam. l. vel statutus modo circa repudiationẽ expressam an faciat locum sequenti plene dixi. C. de col. l. pactum. Sed circa ea que inducuntur tẽporis cursu formabitur talis questio. duobus fratribus competit agendi ad suplementum. vnus patitur iuri suo preiudicari. querit vtrũ accrescat alteri. dic vt infra dicam an iuri agendi ad suppletum preiudicatur quinquẽnio. dixi. C. eo. in. l. si quis filium. vbi Bar. tenet q; sic. q; actio subrogata ꝛc. ego teneo cõtrarium. q; actio que subrogatur aduersatiue non imitatiue non retinet naturam primeue actionis. ꝛ q; pro legitima competit petitio hereditatis ꝛ famil. her. l. ij. ꝛ condictio. ex. l. omnimodo. nã si generaliter filius agit petẽdo in genere supplementus legitime agit condict. ex. l. si vero petit legitimam de corporalibus hereditarijs potest agere petitiõe hereditatis ꝛ famil. herci. q; est heres in legitima. non ob. l. si quis filium in fi. q; cum dicit ibi de quinquẽnio refert se ad querelam q; patet ex verbo post aditam hereditatem sed pro legitima potest filius hereditatem adire anteq; heres vniuersalis adierit quod patet q; habet ius accrescendi. vt in auf. vt cũ de ap. cog. §. ceterum. ꝛ cõtra ius adeundi nõ preiudicatur quinquẽnio. vt. C. de iure delib. l. licet. ꝛ ideo opi. bar. non est vera. ¶ Nunc formo gl. communem ad dictos tres modos priuationis. s. per renunciationem temporis cursus per sententiam. ¶ Et quero si testator hic habuisset patrem ꝛ auum nũ quid post patrem admittitur auus. ꝛ videt q; sic. vt. d. l. si is qui.

6 ¶† In cõtrarium q; non. q; l. cauetur quod sequens in gradu non potest admitti nisi iure transmissionis vt. C. e. l. si quis filii sed priuatur iure a quo inuenitur priuatus. transmittere nõ potest. vt. C. de in. deli. l. cum antiquioribus. ergo auus repellitur. In hac q. sunt due opi. vna Azo. quam approbat glo. j. de inu. test. l. posthumorum. ꝛ tangit in. l. in suis. de libe. ꝛ postbu. ꝛ hanc sequitur Ja. de are. pe. albe. ꝛ saly. Alia fuit opi. ygo. ꝛ hanc approbat hic glo. ꝛ hanc sequitur dy. per. l. si is qui. j. co. ꝛ. per. d. l. iij. §. si emancipatus. de cõtra ta. hanc approbat Bar. per. l. nas ꝛ si parẽtibus. que loquitur de quolibet parente. ꝛ sic non solum in patre sed in auo. dicerem enim vt dicit Azo: q; ideo pater admittitur q; est in eodem gradu cum exheredatis. non habet in se rationem. q; gradus non attenditur nisi per ordinẽ. vnde qui est de secundo ordine videtur esse similis ei qui est de secũdo gradu. Preterea in gradu diuerso ꝛ subalterno est expressum. vt. d. l. si is qui. ꝛ. d. §. si emancipatus. ꝛ ista est ipsa veritas. q; cum exclusus habeatur pro mortuo. non ob. sequentibus in quocunq; gradu. vt. ff. ad tertul. l. ij. §. videndum. ¶† Nunc venio ad priuationem que contingit per dispositionem legalem. Et quero nunquid frater a fratre preteritus faciat partem matri que agit ad supplementum legitime ꝛ Dy. hic. in addi. se vno verbo expedit ꝛ determinat q; nõ facit partem. Et ratio est. q; cuz frater excludatur a querela pro mortuo habetur. vt instit. de successione libertorum. §. sed nostra. ꝛ in auf. de nup. §. solu. ma. versi. si quis enim eis. licet quidam dubitant secundum Dy. hic in additionibus. nam qui non admittitur ad partem nec admitti spera

a ¶ Jus accrescendi. adde Flo. in. l. j. §. idẽ ait. j. ff. vsufru. ꝛ vide bar. ostra in. l. re cõiuncti. in pe. col. de le. iij. ꝛ in. l. si duob⁹. §. fi. in fin. de le. j.

7

tur non facit partem. vt. l. si post mortem. §. heri. de contra tab. sed frater non admittitur nec admitti speratur. non ergo facit partem. vt. j. e. l. qui repudiantis. ꝛ. l. si proponas. §. fi. licet ille loquatur in querela idem in iure agendi ad supplementum q; succedit loco querele. vt. l. omnimodo. Sed Bar. determinat contrarium ꝛ probat talibus rationibus ista suo iure non potest petere nisi tertiam eius quam esset habitura ab intestato. vt. l. cum queritur. C. eo. si tu excluso fratrem poneres ab intestato. ꝛ sic ceteris paribus idem esset hic ex testamento q; mater haberet legitimam suam ꝛ fratris. sed si tu varias terminos. s. q; ab intestato frater succedat ꝛ si ex testamento non succedat mutatis terminis mutatur decisio iuris. Illud quod vltra petit: petit iure accrescendi. sed hoc est impossibile. naz in legitima nõ habet locũ ius accrescendi. ꝛ hoc probat ipse per talẽ theoricam inter coniunctos coniunctiõe legali no habet locũ ius accrescẽdi nisi in vniuersali successore vel in vsufructu. l. cõmunis seruus. ff. de sti pu. ser. ꝛ. l. proculo. de leg. ij. ꝛ. l. j. §. idem. de vsufru. ac. sed successio in legitima nõ est successio vniuersalis. vt no. C. de rei. vel. l. cum a matre. nec proprie dicit̃ heres qui non põt conuenire vt heres. vt. C. de here. instit. l. quotiens. ꝛ. ff. si quis ob. cã. te. l. quãuis. ꝛ instit. de fideicõ. hereditat. §. si quis vna. ꝛ no. ff. de transac. l. cõtrouersia. ergo cessat hoc ius accrescẽdi. nulla enim cõiunctio est inter fratrem ꝛ matrem nisi coniunctio dispositionis legalis ꝛ confirmat opi. suam alia ratione dicit ipse q; licet aliqui succedũt diuerso iure inter eos non habet locum ius accrescendi. vt. ff. de bo. pos. l. ꝛ si cum patrono. sed frater ꝛ mater admittuntur ad legitimam diuerso iure. ꝛ legitima fratris est quarta. q; nõ inuenitur aucta. sed legitima matris est tertia vt in auf. de trien. ꝛ semis. §. j. cum ergo veniant ex diuersis constitutionibus siue legibus. ergo nec certe sunt coniuncti etiam cõiunctiõe legali. q; diuersitas tunc dispositis inducit distinctionẽ omnimodã ꝛ facit cessare ius accrescendi. vt. ff. quib. mo. vsufru. amit. l. si sub cond. in fi. ¶ Et predicta vera mari. si testator prohibuit ius accrescẽdi qõ põt in legitima prohiberi in omni particulari successione vt. l. dños. de vsufr. fm Bar. ¶ In ista difficili. q. ego teneo opi. butri. ꝛ cyn. ꝛ dico. q; frater nõ facit patrem matri ꝛ q; mater admittitur tanq; sola non per ius accrescendi sed primo vnde cessant omnes rationes Bar. succedit enim tanq; sola per amotionem obstaculi non tanq; coniuncta cum fratre qui est inhabilis quantum ad ius agendi ꝛ reputatur pro nullo nec cõnumeratur inter agentes. vnde proprie loquendo dicitur nullus nõ autem dicitur coniunc. ꝛ hec est no. theorica huius glos. per quã Dy. se fundat. Item ille qui nullo modo includitur in dispositione legali nec re nec verbis leg. ille non est coniunctus sed nullus iste frater nullo modo includitur. ergo ꝛc. Preterea est q; iure nititur per ius accrescendi dico q; in legitima habet locum ius accrescendi ꝛ hic tenet dy. in. l. plane. §. si coniuncti. de leg. j. ꝛ allegat pro casu in auf. de natu. li. in cu. pu. §. si legitimorum. col. iij. quam rationem pauci habent. alij habent post titulum de consulibus ꝛ glo. alleg. illum titulum in auf. de trien. ꝛ semis. §. j. super verbo octoiuncium. Ego dico q; est casus expressio: nam si ratione legitime accrescit tota hereditas. vt not. doc. in auf. nouissima. ergo ꝛ pars altera legitima. vt in auf. vt cum de appel. cog. §. ceterum. vbi est expressum cum qua habet maiorem simbolum quã cum tota vniuersitate. nam in habentibus simbolus facilior est transitus. vt. l. an inutilis. §. fi. cum fi. nõ ob. l. ꝛ procul. nam aliud est in legitima quã in simplici legato cum ratione legitime quis dicatur heres. ꝛ sic legitima magis accedit hereditati. quã legato. vt in. l. filium. in prin. ff. de leg. prestã. ꝛ C. de inoffi. test. auf. nouissima. Item in eo q; dicit Bar. q; ius accrescendi in legitima potest prohiberi non videtur bene loqui. q; legitima debetur ex prouidentia. l. vnde sicut ipsa nõ potest prohiberi ita nec eius qualitas ꝛ natura potest impediri cum sit debita de necessitate. vt. d. §. ceterum vbi est casus vt arg. de adop. l. si arrogator. vere tamen ꝛ proprie loquendo non est tractandum vt diri de iure accrescendi. q; nulla portio legitime debet̃ fratri. vt nota. in auf. de here. ꝛ sal. §. primum si nulla portio. ergo nihil vacat ab eo ꝛ per consequens non accrescit sed non decrescit. quia qui non concurrit ad partem non potest per cõcursum facere partem. vt not. in. l. ij. §. si pars here. pe. ꝛ hec verba turpis persona instituta non est sed turpi persona herede instituta. textus. cum gl. dicit quod fratri debetur legitima quasi iure nature. ¶ Quero tunc si mater repudiat legitimam suam an accrescet fratri. ꝛ videtur quod sic. arg. dicti. §. ceterum sed ille. §. loquitur in ascendentibus non in transuersalibus. videtur ergo dicendum quod non per. d. l. sed cum patrono. primaz partem teneo quod habeat locum ius accrescendi. quia in dispo-

a sitione legali attenditur coniunctio le. ꝛ parit ius accrescendi. ª vt lege prima. §. si quis ex nepotibus de coniun. cum emancip. lib. ꝛ si tu dicas ibi loquitur in successione vniuersali. respõdeo

q; successio

Universidad de Deusto

q̄ successio legitima accedit p ora vniuersaliter succedentiōi p̄ter q̄ quo ad onera debitor̄ vñ succedēs in legitima dr̄ heres quasi vniuersalis q: succedit in partē. vniuersi iuris activi qđ defunctus habuit. siue in corporalibus siue in nominib⁹ qđ patet. q: vt diri habet petitionē hereditatis que est iudicium vniuersale sicut habet iudiciū. fa. her. vtile. vt. d. l. ij. §. si quarta. ff. fam. her. nō ob. l. sed cum patrono. q: ibi loquit̄ in remedijs p̄trarijs. i. in fm tab. ꝛ cōtra remediū nō p̄t accrescere alteri. q: quod accrescit debet esse eiusdē forme ꝛ nature nō cōtrarie. ar. p̄tra qđ no. in simili p̄ arch. ꝛ Jo. an. in. c. hi qui. de p̄ben. li. vj. sed questio nostra loquit̄ in legitima que est eiusdē nature ꝛ qualitatis in quolibet cōiunctorū lz nō sit eiusdē quātitatis in hoc non est vis. vt. ff. de p̄iungē. l. j. §. illud. ꝛ si dicat̄ q̄ veniūt ex diuersis cōstitutionib⁹. respondeo q̄ nō est nouū q̄ diuerse leges iungātur ad inuicē ꝛ fiāt tanq̄ l. vna. vt. ff. de lib. ꝛ posth. l. galli⁹. §. ille casus. ꝛ. C. de iure delib. l. fi. post p̄in. ¶ Ulterius quero quid in filijs. pone q̄ pater extraneū instituit heredē vniuersalē. vnum vero ex filijs instituit in re certa alterū vero filiū exheredauit iuste. ❧ odo queritur vtrū legitima instituti i re certa erat triēs an media pars trientis. rñ. dy. q̄ triēs. quia exheredatus habebit̄ p̄ mortuo. ꝛ sic nō facit p̄tē. Bar. p̄tra cum ius accrescendi nō habeat locū in legitima fm eum. qđ debemus dicere quia due sunt regule valde diuerse. vna est q̄ qui non admittit̄ nec admitti potuit ad partē nō facit partē ꝛ ex illa regula filius instit̄utus in re certa debet habere tertiā integrā non tanq̄ coniunctus sed tanq̄ solus. quia ei soli legitima defert̄ ꝛ exheredato iuste nō defert̄. alia regula iuris accrescendi qñ portio ascriptavni deficit. ꝛ ista nō est materia nostra. quia exheredato nulla portio est ascripta a iure vel ab homine. ꝛ ideo Bar. qui instituit has regulas salua reuerētia nō bene p̄siderauit. ¶ Ulterius quero hoc supposito q̄ exheredatus nō minuat legitimas instituti. quero quid augeat. ❧bi gratia. pater habebat quinq̄ filias. quatuor instituit. quintam exheredauit. quero vtrum legitima institutorū sit triens vel semis. Bar. dicit semis. ꝛ sic cōputabitur in numero ad augendū legitimā quatuor liberorum quia ius exheredati eis accedit quorū fauore est exheredatus fm Bar. dy. vero querit in. l. plane. §. si p̄tū. ꝛ nō soluit. Ego dico q̄ cum habeat̄ p̄ mortuo. vt. d. l. j. §. si pater. de cōiungē. q̄ non cōputabitur in numero. nam cū ei nulla legitima debeat̄ non potest trāsfundi ad fratres eius aliquid ex persona sua sz si esset talis exheredatus cui competeret ius agendi ad supplementū talis exheredatus non habeatur p̄ mortuo. vt. l. maximum vitium. pone exemplum in exheredato iniuste cui erat aliquid relictum quoquo relicti ti. nam si repudiat accrescit fratribus. vt. j. e. l. qui repudiātis. ꝛ. l. si p̄oponas. §. si. sivero repudiat tunc facit partē fratribus ꝛ fratres sibi vt no. in. d. §. j. de triē. ꝛ semis. in glo. super verbo accusantiū. ꝛ ratio. quia omnes qui admittuntur faciunt sibi partem adinuicem. j. e. mater decedēs ꝛ. l. filium. de contratab. Si autem est iuste exheredatus tūc habetur p̄ mortuo ꝛ nō computatur in numero ꝛ idem dicerem si vnus ex quinq̄ filijs viuente testatore esset effectus frater minor quia cum habeat̄ p̄ mortuo non computatur inter viuentes. ꝛ sic legitima fratrū erit tertia ꝛ non semis. Cōcludo ergo q̄ exheredatus non auget legitimam quia non auget numerū
8 nec ergo auget neq̄ diminuit. ¶ †Ulterius querit̄ nunquid successorū edictum habeat locum in iure agendi ad supplemētum sicut in querela. Bar. q̄ sic per dictam. l. si quis filium. C. eodem. vbi statuit idem in iure agendi ad supplementum quod in querela. Sed certe incongrue allegat illam. l. quia ibi nō loquitur in successorio. sed in iure transmissionis. vt ibi no. Tamē sua determinatio placet mihi per rationem. l. nam ꝛ si parentibus quia debetur hereditas ex successorio edicto. ergo debitū bonorum subsidiū est debitū ꝛ devoluitur. ¶ Denuo queritur nunquid habeat locū successorium edictum hoc casu statuto cauetur q̄ existente fratre mater nō succedat. ❧ odo quidam decessit extraneo instituto ꝛ fratre ꝛ matre p̄teritis. ❧n mater poterit expugnare testamentum. ꝛ videtur q̄ sic. quia frater habet̄ p̄ nullo nisi adita hereditate. ergo p̄t hereditas adiri qua adita mater ageret querela. vt in. l. nostra. ita no. ipse in. l. j. §. si pater. de coniungen. cum eman. li. tamen hoc non est ex successorio edicto. sed a iure ordinario ꝛ principali. quia cessante statuto p̄pter inhabilitatem fratris remaneret mater sola ꝛ p̄cipalis in sucessione alterius
9 ¶ †Ulterius queritur vtrum successorium edictum habeat locum in querela inofficiose donationis. dicit Bar. q̄ sic. ar. in. l. fi. C. de inoffi. do. quod verum credo per rationē quā assignaui in. q. p̄cedenti. s. debiti bo. subsidij ¶ Ultimo quero nunquid in querela inofficiose donatiōis habeat locum ius accrescendi. ꝛ si quidem aduocat vniuersa bona videtur habere locum. sivero solum debitum bonorum subsidium tūc non habet locum ius accrescendi fm Bar. p̄pter regulam traditā er. l. ꝛ paulo. Ego cōtra dico q̄ hz locū in legitima siue agatur cōtra cōtractū siue cū agitur cōtra testamentū p̄ dictā. l. fi. cum enim dixerim in testamēto habere locum ergo ꝛ in p̄tractu tu videas me inter tot ꝛ tātos de meo p̄ceptore discordantes ꝛ inherere. Dy. bu. ꝛ cy. no. ꝛ non sibi bene cogitarūt vt in p̄dictis. ¶ Extra quero quid si filij obtinuerūt in querela sed postea agētes petitiōe hereditatis succubuerūt an pater admittat̄ in successorio edicto. ꝛ videtur q̄ sic. ar. huius. l. cōtra dico. nā agendo petitione hereditatis adiuerāt hereditatē ꝛ licet sit lata p̄tra eos sentētia absolutoria cōuenti talis sn̄ia parit exceptionē. sed in iure qđ permittitur per exceptionē nō ipso iure nō hz locū edictū successorium sic video in simili q̄ nō habet locū ius accrescēdi. vt. l. si duo patroni in p̄in. de iure ciu. ❧ odo venio ad. l. nā ꝛ si parētibus in p̄in. dicit̄ hic q̄ parentib⁹ non debet̄ successio. videt̄ no. cōtrarium in aut̄. de here. ꝛ fal. §. p̄imū. itaq̄ so. p̄siderato voto parētis in charitate nō debet̄ vt hic in p̄in. ꝛ facit de cōdi. ꝛ demon. l. cū tale. in p̄in. ꝛ qđ no. in. l. pater. ꝛ. l. socrus. ꝛ quod no. in. l. paulo. calimaco. §. p̄ponius. ꝛ. l. nil. §. subtilior. de bo. lib. ꝛ. l. scripto. in fi. vnde liberi. ꝛ qđ no. ff. de fal. l. si quis legatū in fi. cū si. Sed considerata casualitate debet̄ vt etiā hic dicit̄. ꝛ ita intelligit̄ p̄tra fm hanc. l. ꝛ adde quod no. C. de sa. san. ec. aut̄. si qua mulier. ꝛ. C. de codicil. l. fi. §. pe. ꝛ de impo. lu. descrip. lib. x. ¶ Secūdo opp. ꝛ videt̄ q̄ plures rationes vincāt seu pauciores rationes. vt. ff. ad tre. l. qui filiū. §. j. vbi dq̄ hoc in aut̄ de consan. ꝛ vte. fra. post p̄in. sol. ibi
10 plures rationes erāt validiores q̄ vna hic nō. ¶ †Ultio no. ter. ibi dū dicit nō minus. ꝛc. qđ nō minus debet̄ hereditas parētibus q̄ liberis. ergo sicut legitima est aucta in liberis ita est aucta in parētib⁹. ꝛ hoc tenet gl. in aut̄. de triē. ꝛ semis. §. j. ibi hoc obseruādo i oibus p̄tis. ꝛc. ꝛ ibi gl. q̄ inducit hanc. l. p̄ro decisione. q. ¶ In gl. ibi querat̄ hec gl. parua legit totā. l. in querela inofficiosi. ꝛ sic habet gl. magna p̄traria ibi. sed fm nos ꝛc. ¶ In glo. sed cū hoc gl. diuidit̄ in quatuor partes. nam prima timore vnius p̄trarij. ponit duas lec. In secūda querit iuxta secundā lec. alder. ꝛ tandē redit ad lect. a⁹o. ꝛ firmat cā. In tertia colligit vnū no. In quarta formal vnā questionem in qua ponit duas opi. ꝛ approbat vltimā. secunda ibi. sed an fz cū. tertia ibi item no. quarta ibi. sed an post ibi sed aldericus dixit dari. ꝛ in hoc bene vna cū p̄tratab. ꝛ in hoc male. ❧ nō obstat. l. j. q̄ ibi loquitur in eo p̄terito cui defert̄ ex edicto successorio. §. si quis sed ibi ad agentē nō erat devoluta successio hic fic quādo repudiauit. Sed quomodo exheredatus p̄t repudiare hereditatē cū non possit adire. respondeo repudiat querela. ꝛ per p̄sequēs hereditatē. nam si futura successio fundat̄ in iure de p̄senti. s. in querela potest ei renunciari. l. si filius. de mi. sed ibi nō in toto. ista non est bona solutio. quia idē in parte quo ad partem. vt. j. e. l. certa. ꝛ de vul. subst. l. in substitutione. ꝛ ideo opi. vgolini. est verior omnino intesta. h. d. vt. C. de colla. vt liberis melior ratio quia cōtratab. est remediū quo succedit̄ sed querela non nisi aditio hereditat̄ subsequat̄. vt no. l. l. qui de inofficioso. ibi quoniam infirmas. ꝛ melius in. §. soluto. ꝛ ibi dicit̄ q̄ iura singularia acti sunt p̄pter inhabilitatem cōiunctione legali loquor in iuribus beneficio legis delatis. ꝛ hoc est cōtra Bart. sed patrem. ꝛ sic immo nec patrem cū p̄cederetur sed dic q̄ fingitur non p̄cedi ex quo non p̄ceditur cum effectu etiā suo ex edicto successorio. ꝛ hec vera in questione Cyn. Bar. p̄mittit q̄ frater ꝛ mater non sunt coniuncti nisi coniunctione legali cum non veniant ex hominis dispositione. Item q̄ veniūt ab intestato diuerso iure nō dicit verū q̄ veniunt ambo per aut̄. de functo nisi defendas q̄ ad legitimam veniunt diuerso iure nō dico ad vniuersale successorū. ratio. §. iur. est cessans dñij continuatio fm Bar. tu dic q̄ ratio est quia est extraneus heres filius matri. insti. de hered. qual. ꝛ diffe. §. ceteri. ꝛ ideo eoipso q̄ nō includitur in testamēto videt̄ exclusus emancipatus est etiā extraneus sed nō adeo extranus p̄pter reliquias p̄cedentis potestatis. ꝛ ideo p̄teritus habet contratab. ꝛc. Explicit repetitio domini Baldi de vbaldis.

a ¶ In legitima. als no. vt p pau. de cas. cōsil. cxxij

Circa. In querela inofficiosi contrarie sententie iudicū late possunt facere q̄ testator p̄ parte decedat testatus. et p̄ parte intestatus. hoc dicit.

a Sinon mortis. Donatio inter vivos ex pacto cōputatur in legitima a ꝛ si non sufficit agitur ad supplementum hoc dicit

Si quis cum non. Etiam qui nō debuit admitti admissus vincit ex iure superueniendi vel accrescendi.

Sinon. ¶ Additio Bal. Facit. j. ad. l. fal. cū d̄ quo de pecul. §. fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si sub hac. Ille cui hereditas euincitur potest recuperare precium seruorum quos manumisit causa conditionis implē de hoc dicit. est argu. q̄ quis recuperet beneficiuz primum euicto secūdo fine sui culpa. ⁊ adde quod no. archid. viij. q. iij. c. talia.

¶ Additio Bal.

Si sub hac. Vide quod nota. Archi. viij. q. iij. c. talia.

Si instituta. Transactio fide non seruata non officit transigenti. hoc. d. ¶ In tex. ibi ab herede. l. scripto. huic. l. nō ob. C. de transl. cum mota. q: ibi erat trāsactio⁊ mors hic trāsactio ⁊ non mors. facit. s. eo. l. nam si parētibus. §. heredi eius.

Ei qui se. Negatio testatoris filiationem nō tollit. h. d. vel sic. verba testatoris non officiunt veritati. h. d. facit. j. ad sill. l. si quis in graui in prin. ⁊ l. ouus. ⁊ quod ibi singulariter no. vbi dicitur q̄ excusatio vel incusatio testatoris qui moriebatur ex vulnere nō prodest nec nocet percussoribus licet prosit his qui conueniunt ex sola negligētia et ex sola prescriptione quod est no. dignuz. ¶ In tex. ibi causa subest. facit. s. c. l. qui de inoffi. Bal.

De inofficioso. Nullitas testamēti non subiacet querele etiam mouende per eque priuilegiatū. h. d. ⁊ est ratio. q: licet duo milites sint eque priuilegiati absolute. tū respectiue respectu proprij patrimonij quilibet est magis priuilegiatus altero. Bal.

1 ¶ Filius fratris nepos appellatur.

2 Appellari non potest a causa alimētorum.

De inofficioso. Pendente appellatiōe a sniа lata pro filio exheredato filius debet alimentari ex bonis patris. h. d. ⁊ est. §. valde no. secus videt ante sniam. vt. s. eo. l. qui de inofficioso. ergo snia affert presumptionē licet sit appellatū ab ea. nō dico q̄ afferat presumptionē

1 iuris. sz hois vt no. j. vt in pos. le. l. postq̄. §. impator. ¶ † Not.

a q̄ filius fratris appellat nepos. a sed bene reperit in vsibus feudorū. ⁊ hoc debet intelligi q̄ nepos dicit quo ad auum non quo ad patruū. Et pterea dico q̄ si statutum dicit q̄ magnates et eoruz filij ⁊ nepotes offendentes populares puniant maiori pena q̄ nō habeat locū in filijs sororū. ⁊ hoc de iure ciuili. ¶ yn. in addi. facit in aut. de nō alie. §. emphiteosim. ⁊ adde qō habes in l. j. C. de suc. edicto. ¶ † Sed o no. ar. in isto. §. q̄ a causa alimentorū nō possit appellari. ⁊ licet possit appellari. tū interim sunt alimenta prestanda. ar. huius littere. qō dic vt no. B. in. l. si inder. s. de bis qui sunt sui vel alie. iur. ¶ In glo. super verbo decreui. ibi. l. imperatoris vbi fit sequestrū in causa appellatōis q̄ nō debebat fieri in causa principali qō dic vt no. C. quo. ap. l. ab exec. ⁊ intellige hoc in snia condēnatoria nō in absolutoria. ar. j. iudi. sol. l. cum apud sempronū. ¶ In ea. ibi. c. ex parte ibi vide per Archi. xxiij. dist. c. q̄q̄. ⁊ l. xxij. disti. c. si forte. ⁊ ij. q. vij. c. quis. ⁊ c. pastoralis.

2 ¶ Nepos ad de pau. de ea. l. l. fi. C. ō suc. edi. ⁊ d. alex. de imo. in. l. si dotali. j. solu. ma. ⁊ felyn. in. c. per tuas. de p ba. in. j. col. v̄s fi. j. cōclusio. ⁊ dy. in. pfi. in cip. i xpi noie amē diligēter cōsiderata ⁊c. ⁊ d. alex. i cōsi. xxxj. quarta parte.

¶ Additio Bal.

Si instituta. §. de inofficioso donec pendet causa inofficiosi super appellatione contra filium interiecta filius est alendus. h. d. ¶ Not. hic nepotem dici filium fratris. ¶ Item no. presumi pro snia etiā aliqua est appellatum. vide Archi. ij. q. vij. si qs ⁊ c. cum pasto. ¶ In gl. que incipit. s. ei qui transigit ibi sed heredi. cōtra. s. eo. si is qui. nam ex edicto successorio debet venire nepos. So. aliud cum repudiatur simpliciter aliud cū agnoscit ⁊ trāsigitur q: aliud adest transigendo quod succedit loco querele. ¶ In ea. glo. ibi non restituitur. Sed quare si est restituta defuncto non competit heredi. respondeo q: nō preparata. sed nonne fuit ab olim preparata. Respondeo sic. sed non durauit preparata propter renunciationem. Sed nōne in quoddā restituto iuris dat actio. vt in gl. ac. que sic dat est eo modo trāsitoria ⁊ eiusdem vite. sic ante. l. fi. ff. de mino. Sed dico q̄ non est proprie restituto nisi quo ad emptitium vnde testis dicit integrum esse Sed op. q̄ ipso iure tollatur. vt in. §. quedā sol. nego. q: nō est ex delicto cū incipiat ab herede. ¶ Item opp. de. l. siue ap. ver. etiam ex instantia cepta sit prosecutio. ergo non perit instantia ipso iure. ⁊. sic nec perpetuatio que est effectus instantie siue loquamur respectu iure actionis siue respectu trāsmissionis eius. Sol. dic q̄ aliud est de effectu preparatiōis. aliud de alijs effectibus. Vnde non dicitur preparata si non durat preparatio ¶ Item oppo. quia hodie non preparata transmittitur ergo absq̄ alia preparatione in. l. cum mota. C. de inoffi. testa. Sol. l. cum mota in hac parte hodie non tenet vel aliud est quando nū q̄ fuit preparata aliud qñ preparata. sed per actū cōtrarium est recessum a preparatione: vt in. l. cum mota. ¶ Item op. querela competit matri cum effectu. Item instantia quod ad matrem durat cum effectu quare ergo non transit. nam si non transit ergo aut q: finita ⁊ falsum est. Aut q: nō preparata ⁊ falsum est si durat instantia. Sed dic q̄ non durat instantia. quia littera dicit aliter ⁊c. ¶ In ea. glo. ibi sed datur actio immo videtur agi de dolo quia fuit facio. i. remitto querelam vt des ⁊ preueni in faciendo. ergo ago de dolo. Sol. remittere nō est merum factuz sed causam iuris continet. i. liberationem vel non est factum sed datio non formaliter sed effectualiter. vt. l. iulī. de condi. ⁊ demon. hoc non placet hic. q: nō remittitur hec res vel actio ad rē sed amouetur quoddam obstaculum. ⁊ ideo dic q̄ licet fit factio vt des. tū ex hoc facio aliquid adest ei cui fit non res nec actio. sed quis habet ius liberum quod ante non erat. l. in libello. §. si quis seruum. Sed videtur q̄ nō competat pre. verbis. q: remittens nō plene impleuit remittendo cuz de facto adhuc possit cō trauenire. R. verum est ⁊ ideo actio ibi est datiua non natiua vel dic q̄ plene impletum reperit in herede ⁊ ab eo incipit actio q: querela non transiuit ad eum hic dicitur posse de facto contrauenire cum obstet sibi exceptio impediens processuz sibi querele finite. cum vero exceptio non impedit processum bene dicit posse conueniri de facto licet peremptoria obstet. ⁊ est ratio per l. amplius. rem ratam haberi. sed tunc quero ibi dicit ibi actionez dari. Respondeo quelibet actio est datiua considerata causa efficiente. vt in. §. post originem sed considerata causa materiali. Aut habet causam materialem preexistentem. de cuius potentia seu virtute producatur in esse tunc est natiua alias est datiua. vt. l. iurisgentium. §. ⁊ ideo. Aut considerata causa formali que sunt actiones que habent causam formalem vt que oriunt̄ ex contractibus habentibus specificam formam. quedam non habent causam formalem sed materialem seu factum rude vt ex contractibus innominatis. Itē ob. q̄ agatur condictio. ob causam vt heres se reponat in ob. l. si quis accepto. Solu. vt yy. in l. cum mota. vel dic q: est hic ius quesitū tertio ergo ⁊c. s. de pac. l. si causa cum fi. Bal.

Cum mater. Preteritio facta a matre errante de vita filij officit institutioni non legatis fm decretum adriani. sed fm Paulū etiā legatis. h. d. ⁊ sic paulus cōtrariatur imperatori. vt. s. de mino. l. emilius largian⁹. ¶ Not. q̄ imperator ⁊ paulus contrariantur. ⁊ ratio motiua imperatoris erat. quia mater non ex dementia sed ex errore omiserat filium. vnde cum non damnetur iudicium matris vt dementis sed solum propter defectum institutionis videbātur legata deberi. quia ex sola institutione fuit defectus. vt infra de here. institu. l. panthonius. sed ratio pauli est cum expugnatur principale expugnantur ⁊ appendices. vt infra de iniust. testamento. l. nam ⁊ si sub conditione. §. rumpendo. Sed hodie per aut. ex causa videtur potior opinio. imperatoris. sed alij dicunt contrarium. quia aut. ex causa loquitur vbi est defectus solius preteritionis. vel exheredationis. secus si sit defectus erroris. vt. C. de testa. mil. l. sicut certi. ⁊. l. si cum vel in vtero. ⁊ ideo dicit Baldus quod illa aut. non habet locum in preteritione posthumi. ⁊ tenet glo. l. j. de posthumis heredib⁹. institu. ⁊ reprobat gl. contra. Contra quam videtur hic casus sequendo opi. imperatoris. quam glo. hic firmat. sed ipse respondet quod non est vera opinio glosse. sed opinio Azonis quod non examino hic viterius.

¶ Additio Bal.

Cum mater. In glo. que incipit immo vide extra de accusa. ex parte. ⁊ per Archi. xxj. distin. c. q̄q̄. ⁊. lxiij. distin. si forte per archi. in eadem ibi in fin. hic nota. argumen. C. de testamen. milit. sicut incerti. ⁊. l. si cum vel in vtero. nisi legata essent repetita ab intestato nam hic non damnatur iudicium testatoris. bal.

Si suspecta. Legatarij possunt adesse cause inofficiosi si metuunt collusionem heredis. h. d. ¶ Nota q̄ persona veniens ex transuerso pro suo interesse potest adherere litis tueri ius suum facit. C. de lit. aut. nūc si heres qō late examinat Inn. de re iud. c. cum super. ⁊ de sponsa. c. veniens. ¶ Item no. q̄ huic persone que venit ex transuerso pro suo interesse est licitum appellare. facit. c. constitutionem de ele. in clemē. ¶ In glo. hic summe in fin. solu. hic agitur de iure conseruando sine alterius iniuria. si agitur de aliquo repellendo vel grauando. vt infra de priuile. credi. l. si creditores. vbi dicitur quod ille qui allegat debitorem suspectuz debet probare de suspitiōe. facit. s. de iure do. l. vbi adhuc. ¶ In gl. sed an possint

ista glo.

Universidad de Deusto

ista glo.non est alibi. ¶ Jn.e.gl.ibi legitima ꝑsona.adde ꝛ dic ꝙ quilibet cōtradictor necessarius habetur ꝓ persona legitima ꝛ dicitur contradictor necessarius ille cōtra quem porrigit petitio. ¶ Itē quilibet citatus q; eo ipso videtur sua persona approbata ꝙ citatur ad causam vt no. Jnno.extra de except.c. inter. R. priorē. Forte etiam quilibet possessor dicitur ōdictor necessarius necessitate rei licet non persone ex quo non potest molestari.secus in non possessore.vt extra de instī.ca.veniens. de bo.auc.iud.pos.l.si pupillus.§.defendere.nc vis fiat ei.l.j.§.si quis ideo.de re iud.l.a diuo.§.si sup de no.ope.nunci.l. de pupillo.§.qui remissionem. ¶ Jn ea glos.ibi si ꝓceres.arg.huius glo.fuit iudicatum ꝙ si iniuriatus vult assistere processui inquisitionis ꝙ possit capitula adere tamē non formabūtur in sua ꝑsona:sed iudicis:ꝛ idē in testiū productione. Edētur ergo noia testiuz iudici ſz non formabitur productio in persona partis ſz in persona ipsius iudicis inquirētis.facit qō no. Jnn.de test.c. cum clamor.de accusa.c.cum oporteat.de dolo ꝛ cōtu.c.veritat. ꝛ qō no.spec.de inquisitio.§.fi.ver.porro. Et adde ad hanc gl. qō no.j.ti.j.l.si possessor.in prin.ꝛ per Jnn.de test.c. ꝓstitutus. ꝛ per eundem in rub.de libel.obla. ¶ Extra quero vtrū persona veniēs ex transuerso poterit producere testes iam publicatis attestationibus cū ꝑsona principali.ꝛ dic vt no.in spe.de teste.§.satis vtiliter ver.quid sua sñia. ¶ Sz nunquid ista persona que pōt venire ex trāsuerso est citanda videtur ꝙ sic.vt not. in.l.miles.§.j.ex qui.cau.mato.dic contrarium quādo cōtra ipsam personā non dirigitur petitio.facit qō no.ē.e.l.q̄ repudiāt. in fi.ꝛ j.de ven.inspi.l.j.§.denunciari.ꝛ qō dixi.ē.de mino.l.de etate.Baldus.

De inofficioso. Etiā spurius pōt ꝓponere querelā ꝛ testiū matris.ꝓ. d. Et vide qō no.in spe.de successione ab intesta.§.nunc dicamus.

Quātus. Trāsactio super querela facit testiū in suis viribus remanere ꝛ legata deberi.ꝓ.d.

Quoniam. Filius putatiuus nō ꝛz querelā inofficiosi etiā si erretur in iure.ꝓ.d.Bal.

In ea prouincia. Jbi debz querela moueri vbi ꝛ petitio habetur seu vbi heres potest conueniri.ꝓ.d. ¶ Not.quod filius agēs querela seq̄tur forum heredis.nec inspicimus vbi testamentū fit ōditū qō no.gl.dicit ꝙ iste.§.ꝓcedit vbi querela mouet principaliter.ſz vbi incidēter,tunc in foro ipsius exheredati qō est no. Facit ad q.dicit statutū ꝙ cā nullitatis ptineat ad iudicē iusticie. Qō querit vtrū coram iudice ꝓnūciante possit excipi de nullitate ꝛ videt ꝙ nō.q; ista cā nullitatis est alteri cōmissa spāliter.tū ꝛz verū q; si simplr mouet esset tūc oppositio vera.ſz vbi mouet incidēter tūc quicūq; iudex ē iudex cōpetēs in cā ꝑncipali.ꝛ in ista incidenti per istam glo.ꝛ per.l.quotiēs.C.de iudi.ista questio quotidie cōtingit.Bal.

¶ Additio Bal.

1 Tertia persona potest adherere ꝓcessui super sui interesse
2 Cōtradictor post rē iudicatā nō admittitur.

Jn suspecta. Vide ibi moratis.ex aminat hāc.l.ꝛ suam materiā extra de re iudi.cū super in .j.glos. ꝛ in glo.quidam dicūt ꝛ in glo.quero quō ꝛ in alia gl.q̄ incipit.s.infra decē dies.vide oīno qō no. Jnno.extra de spō.veniēs. ¶ Jn gl.no.ꝙ ſz.vide in spe.de inq̄sitiōe.§.vl.not. ver.porro.vide in.c.ꝓstitutiōez.de elec.i clc.

1 ¶ † Mo.ꝙ tertia ꝑsona ꝑt adhereri ꝓcessui sup suo itereē.Ad de qō no. Jnn.de exc.cū inter priorē.ꝛ vidē qō no.j.ti.j.si q̄s pōr. in prin. ¶ Jn gl.q̄ incipit ſz q̄d si facit. ¶ Jn tex.ibi.adesse. q; vbicūq; ꝓsecutio vnius tāgit ius alterius directe vel indirecte ille pōt assistere cause. ¶ Jn gl.q̄ incipit hic summe ibi,ꝓbare ſz hoc ideo.q; ꝑ hoc nō intēdebat aliquē excludere vel ꝑiudicare iuri alicuius. ¶ Jn gl.q̄ incipit ſz an possint ibi vel saltim illos quid de promotione inquisitionis nunquid pōt ꝓducere testē ꝛ articulos sup ea.ꝛ videt ꝙ nō q; ꝓmotor nō habebat ius in ꝓcessu.vt no. Jnn.de accu.olim.dic contra.vt no.j.de infa.ob hec verba.ꝛ est expressum extra de accu.cū oporteat.ꝛ de dolo ꝛ contu.veritatis.ꝛ ita vidi de facto iudicari. Et adde qō no. Juno, de testi.cū clamor.ꝛ vide.j.de adul.l.si constāte.ꝛ.j.de cōdic. ob cām.l.idē dico ſz nō esset ꝓmotor.vt.j.de cust.reo.si quis rē ibi si quis erit qui eū arguat cōiuncta.l.C.de accu.ea que.sed quid ecōtra.vtrū in ꝓcessu accusationis poterit iudex ex officio i crimine publico ꝛ priuato.ꝛ de quo pōt principaliter inquirere vl nō ꝓducere testes.dic vt per id qō no.j.de ꝛdi.ob cām.tue. Idē est.§.p. Sz nūquid si accusator desistit iudex ꝛz ꝓducere testes dic ꝙ sic in publico crimine.C.de abol.l.ij.secus in priuato vel distin.an priuato.vt no.in.l.transigere.C.de transac. Sed nunquid si titius accusat seiū poterit producere testes. dic qō non q; non se inscripsit ꝛ quia preuentus.ꝛ quia ab initio vnus est eligendus.nisi forte proprium dolorem vel interesse prosequatur.ꝛ dicat se ignorasse.de accusatione primi.l.ij.§.si tamē plures.de libe.homine exhi.de accus.si cum.§.ysdem. de adul.l.ij. §.fi.de iur.fisci.edicto.§.cum ante.de bo.que libe.si filius.§.fi. cum si. ¶ Jn glos.que incipit. Sed an.ibi sic.arg.j.ad carbo.l. ij.§.cum extaret. Sz dubito quia excipientium non interest qñ tertia persona comparet pro suo interesse. An possit producere testes attestatiōibus publicatis ante suā cōparitionē.vide in spe.de teste.§.satis vtiliter.ver.quid si a snīa.an iste dicat̄ voluntarius contradictor.vide per Jnnoc.de exc.cum inter.in magna glo.ꝛ in.c.j.de offi.delega.ꝛ vide Jnno.extra de testi.constitutis. ¶ † Mo.quod contradictor nō admittitur post rē iud. vt.C.de cuic.si partis.ꝛ.l.sequē.vide omnino. Jnno.extra de libel.obla.in rub.

Si quis. Jn q̄rela est locus successorio edicto ad hoc allegatur ꝛ fic.Excluso priore ambulat querela ad posteriorem.ꝓ.d. Examinaui.ē.c. l.pater filium.Bal.

Quantum. Etiā si decus esset institutus.vel etiā ciuitas q̄rela infringeret testū.ꝓ.d.Bal.

Si heres. Exheredatus agnoscēs successionē q̄ principaliter sit ꝑsone.i.vniuersalē successorem heredis instituti nō repellitur a querela.secus si agnoscet legatum legatarij.hoc.d. Et est mirabilis distinctio.ꝛ facit.j.de bo. que libe.liberto octuaginta.vel si agnitio specialis inducit approbationem sed non agnitio vniuersalis.ꝓ.d. ¶ Jn ter.ibi ex titerim pro parte.vel etiam, insolidum heredi pro parte. ¶ Jn ter.ibi ab accusatione.i.ab accusatione inofficiosi.no.quod ea que transeunt cum vniuersitate nō videntur pendere ex animo. secus in acquisitione singulari.facit.j.de acquiren.rerum do.l. quedam.Bal

¶ Additio Bal.

Si quis. ¶ Jn glos.que incipit.ē. eodem.l.filius. ¶ Quid de fideicommisso vniuersali.dic quod habet vel vi restitutionis vel a seipso post restitutionem vtile tamen non directum.sed vbi ex restitutione non haberet heres causale vel formale.ergo nec cessionarius.ar.contra de rei ven.si culpa.facit glo.l.vltime.C.de heredi.vendi.Bal.

Exheredatus. Officiū advocati est officiū periculosum.hoc dicit. ¶ Mo.arg.qō advocatus in causa infinuationis testamenti non possit petere postea cassationē ex sua persona.ꝛ idem in procuratore ꝛ est mirum quomodo processus eum afficit.ꝓ.d. Bal.

¶ De petitione hereditatis Rubrica.

¶ Circa materiam petitionis hereditatis.dicas primo quod petitio hereditatis per alias actiones non patitur pie iudicium lege si quis libertatem.j.cod.ꝛ lege si quis causam.ꝛ dicas etiam quod declinatoria legis lege .item veniunt.§ .si quis .et lege.ii ij.j.e. ꝛ quod datur contra possidentem.titul.pro herede vel pro possessore.lege licet ꝛ lege regulariter.j.eodem.ꝛ quādo titulus reuertitur ad non titulum lege nec vllam.§.primo.j. eodem. ¶ Circa quam distinguas aut est bonefidei possessor ꝛ possidet ꝛ tenetur generaliter inquantum est factus locupletior lege.item veniunt.§.primo.j.eodem titulo. Aut vendidit et tenetur ad precium receptum.ꝛ in aliquibus casibus ad actiones cedendas lege quod si in diem.§.finali.ꝛ lege quod si possessor.§.quod ait senatus.j.eodem. Aut est malefidei possessor vide in lege item veniunt.§.eos.ꝛ lege sed si lege.§.quod autē.j.eodem.ꝛ tunc si malefidei possessor possidet tenetur ad rem cum fructibus.lege item veniunt.§.inter eos.j.eodez.aut alius possidet.vtputa quia vendidit,et tunc tenetur ad rem si iuratur in litem.j.eodem lege possessor.§. finali.ꝛ hoc quando res extat ꝛ non est diminuta. Si vero res non extent et sunt diminute tunc aut est receptum ꝛ plus est iustum precium.ꝛ tunc tenetur ad verum precium lege si possessor.§.fi.j.eodez. Aut plus est receptum ꝛ tenetur ad receptum.vt not. in glossa dicto.§.fina.ꝛ non iuratur in litem. Quando autem malefidei possessor vendit res steriles.tene glos.magistram in lege si possessor.§.ſz si forte.j.e. Aut ille fuit lit.contest.ꝛ non tenetur de interitu.l.illud.j.e.predo etiā tenet̄ de facilitate dictis.ll. Aut queris vtrū possessor bone fidei teneatur ad vsuras fructuum post lit.contesta.ꝛ dic quod non. vt.l.heres furioſi.j.eo.vbi fit sola distinctio vtrum ante lit,contc,an post non propter possessoriū. Ali

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando non fit distinctio possessorum sed alienationis volũtarie vel necessarie.vt.j.e.ti.l.in.estimationibus.z propter expensas z pbationẽ dominij cauet possessor.vt.l.si a dño.§.si pdio.z si idem.j.eo.Et veniũt fructus inbonesti.l.si possesso.z.l. vtiles j.eo.z locum habet iudicis officiũ aduersarius.l.fi.z.l.plane.j.eo.z qñ petitur tota hereditas.Si vero petitur pars hereditatis metimur ius ex parte actoris.z illa etiã actio est declinatoria.l.j.in prin.j.si pars hc.pe.z in restitutione venit iudicis officium.l.j.§.si ego.eo.ti.Et contra extraneos possidẽtes agũt respectu vtriusq; z nõ respectu vniuscuiusq;.vt.o.l.j.§. quinimmo.e.ti.siue pro diuiso.siue indiuiso inter se agunt petitiõe hereditatis qñ negant se heredes z datur contra extraneũ non cõtra coheredẽ.quando directe z in totũ põt tangere extraneus vt in.§. si ego.z gratia vitandi circuitus inter omnes coheredes.vel inter duos coherdees.vel vnũ extraneũ fit cõpensatio:z alijs deliberantibus adeuntes non sunt heredes insolidũ nisi repudiantibus.vt.l.ij.z inter tot remedia media via est eligenda.l.antiq. Et vbi estimatur aliquid esse q non si heres insolidum.l. illud z quis põt partem defendere z partem non.vt.l.permittendũ.e.ti.z in dãnum mutantis mutatur causa pos.l.pe.z fi.e.ti.Et no. q bonoꝝ possessoria hereditatis petitio extensiua est peto.l. j.z.ij.j.de bo.poss.here.pe.Et no.q fideicõmissaria hereditatis petitio datur fideicommissario vel eius heredi.z non contra restituentem z datur heredi z in heredem.vt.j.de fideicommis.here.peti.per totum.

Hereditas. ¶ No.q quidaꝝ sunt heredes per legem.xij. tabularũ quidaꝝ per.ll.nouas. Item quidã ex testamẽto. Quidã ab intestato. Itẽ q̃dã per se.quidam per alium.et hoc dupliciter. vel iure acquisitionis vt per seruum.vel iure transmissionis.vt in heredem heredis.h. o. ¶ In gloss.que incipit non iure in fi.no.quod ex testamento qõ ab initio non valuit licet postea reconualescat nunq̃ potest adiri hereditas de iure ciuili.sed est necessaria bonorum possess. quod est no.dignum maxime pro intellectu.l.filio pat.quidam tamen dicunt contrarium quia ibi testamentum sustinetur equitate iuris ciuilis. Sed vbi ex equitate pretoria tantum tñc esset vera glo.de hoc no.j.de iniusto testõ.l.cum in secundo.z.C.vnde legitimi.l.certum. Alij simpliciter tenent istam glo.z facit in ratione sui.j.ad treb.l.factum.§.si in danda.z quod no.in .l.j.de condi.insti. ¶ In glo.super verbo intendere ibi z hoc fortiter queritur ista glo.nõ est alibi. ¶ In ea.glo.ibi verisimẽ.l.q̃ inspiciatur causa imediata.facit.j.re.amo.l.si mulier. Sed in contrarium videtur.quia talis heres habeor qualis est is per quẽ heres efficior.vt.j.de acqui.l.here.l.qui in alicna.§.interdũ.z.ar. de le.j.z cum filio.dicunt doc.q̃ considerato ti.prox.gl.dicit verum sed considerato ti.remoto.alia est opinio vera q̃ vtraq; cõsideratio potest hic haberi diuersis respectibus.naꝝ ex persona mea debet considerari ti.proximus ex persona eius cui succedo titulus remotus fm. B.z Jaco.bu.z adde qõ no. Cy.in.l.fi.C. de here.insti.Et prodest doc scire q̃ heres ex testamẽto hꝫ bñficium.l.edicto.sꝫ non heres ab intestato. Pone ergo q̃ succedo ex testamento ei qui successit ab intestato nunq̃d pro illa prima hereditate habebo beneficium.l.edicto.z videtur quod sic attẽta causa proxima per istã glo.idẽ econtra attẽta causa remota fm doc.qõ est no.z mẽti tenẽdum. ¶ Extra quero vtrum appellatione heredis simpliciter contineatur heres institutus in re certa [a] spec.ponit in tit.de testa.§.j.versi.pone.A. Sed Albertus galeoti in margarita in ti.de quarta trebellianica in fin.dicit q̃ in his q̃ diuidunt virititer vt in emphiteosi ecclesie quã q̃s recipit pro se z filijs suis z heredibus cõtinetur filius heres instit̃utus in re certa secus in his que diuiduntur p hereditarias portiones.q; tunc nõ cõtinetur heres in re certa.z est nota. dictum verbum.facit.j.de ope.lib.l.vt iureiur.§.si liberti.Et cum ista questio esset de facto sic fuit determinata p albertũ pdictũ vt ipse ibi refert. Bal.

¶ Additio Bal.

Hereditas. Formam libelli in peti. hereditatis ac.positiones z articulos.vide in spec.de iudi.iiij.pte in prin.vsq; ad.§.gñalẽ. Tu adde qõ petat agẽs se heredẽ vel quasi heredẽ declarari cũ fit actio in rẽ.vt.j.de rei vẽ.ex diuersis.§.j. z j.e.lꝫ materiã vel ex testamẽto directa dat̃ instituto fideicõmissaria fideicõmisso.z fit institutio p verbũ reliquo [b] z per verbũ iudicio.vt no.in spe.de testa..§.j.ver.q̃d si q̃s ita z nota hanc diuisionem.omnis hereditas deuoluitur aut ex testamẽto aut ab intestato.ergo nõ alio modo.igitur non ex codicillis vnde etiam filius non põt institui heres vniuersalis in codicillis.

¶ Additio lec.vac.in.l.veluti. Bal.

